Göttweig (?), 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

& sanguinis xpi. & tamen species non cernitur: Quod quidem secundum
speciem sacramentum est & imago illi quod creditur secundum corporis veri
tatem. & quod creditur secundum corporis veritatem. sacramentum est illius
quod percipitur secundum gratiam spiualem. Sacramentum quod altaris & eucha
ristia. diuina. in uero corpore & sanguine dni nri ihu xpi & imago
est secundum speciem panis & uini in qua cernitur: & res est. secundum substan
cie sue veritatem in qua creditur illic atq; percipitur. Et rursum quod
nunc uisibiliter secundum sacramenti speciem & corporaliter secundum corporis &
sanguinis xpi veritatem. xpm in altari sumimus. sacramentum est &
imago quod ipsum eundem uisibiliter & spualiter secundum gratie infu
sionem. & spe sui participationem. in corde sumere debemus. Ergo
diuinissima eucharistia. quem in altari secundum panis & uini speciem.
& secundum corporis & sanguinis xpi veritatem. uisibiliter & corporaliter
tractatur: sacramentum est & signum & imago uisibilis. spualis par
ticipationis ihu. quem intus in corde per fidem & dilectionem percipitur:
Voluit enim sapientia dei. quem se per uisibilia manifestat. ostendere.
quo ipsa animae cibus & refectio est. & propria carnem assumptam in me
dulium proposuit. ut per cibum carnis. ad gustum inuitaret diui
nitatis. Sed ne rursum humana infirmitas contactum carnis in as
sumptione horreret. consueta & principalis edulii specie illa ue
lauit. & sic sumendam proposuit. ut sensus in uno fouereturur. & fi
des in altero edificaretur. fouetur enim sensus in uno. dum solita tan
tum & consueta percipit. edificatur autem fides in altero. dum in eo quod
uidet. quale sit illud quod non uidet agnoscit. Ponitur quem spe
cies panis & uini. ut doceat plena & perfecta refectio esse in sumpt
tione corporis & sanguinis xpi ex diuinitate xpi. Plena autem
refectio cibus & potus est. Sub aute & potus panis & uinum prin
cipalis subiacet. & opponitur species expincipali subiacet refectionis. ut
mea sumatur & per eam significet ueritas corporis & sanguinis sic
ipse testatur dicens. Caro mea uere cibus est. & sanguis meus
uere potus est. Quem tamen corporis & sanguinis sumptio qui sola sine
spuali effectu salutem non inferat. ipse idem saluator manifestat